

Raphael de Janstau Regni Poloniae Mareschallus et Sandomi-
 riensis Capitaneus, Significamus tenore presentium universis & sin-
 gulis, quibus expedit, presentium notitiam habituris, Quomodo dum
 tempore Capitaneatus nostri ex mandato Regiae Majestatis Ca- 40
 strum Sandomiriense, quod in parte destructum & annihilatum
 fuerat, reedificavimus, tandem Civis Sandomirienses Deorum
 communitatem, ut nobis pro conductione lapidum pro fundamen-
 to construendo essent auxilio, petivimus, qui petitis nostris aceli-
 nati, nobis quilibet eorum, tam de Civitate, quam de Suburbis,
 qui equos habent, per duos currus adduxit, & reponit, Ne igitur
 in futurum ad hoc obligati viderentur, presentem nostram ipsis
 decrevimus dare literam, super eo, quod non ex debito, vel aliqua
 consuetudine prius tenta, sed ex meva & libera voluntate petitis
 nostris flexi, ipsos lapides conduxerunt, Insuper eos de lignis
 ponendis, quae ex consuetudine, pro Festo Nativitatis Domini du-
 cere & reponere solent, qui equos habent, quilibet unum cur-
 rum, a positione ipsorum anno dumtaxat, presenti absolvimus,
 In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est
 subappensum, Datum Sandomiria in Vigilia Sancti
 Joannis Baptistae Anno Domini Millesimo Quadringente-
 simo octogesimo

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the upper half of the page.